# TABELLAE




Tabula ad honorandam memoriam Achillis Ratti, qui diebus 12-20 Octobris a. 1919 in eremo antiqui monasterii Camaldulensium in suburbio Varsaviensi Bielany commoratus est, ut sacra spiritualia exercitia Episcopali Ordinationi praevia perageret, hoc loco posita (cfr. N. 1219)

**Tab. 1.**

## Dispensationes et gratiae a Nuntio Apostolico Achille Ratti a 1 die Augusti 1919 concessae

| Numerus et dies petitionis | Quis petit? | Quid petitur? | Dies concessionis | Locus fontis et P.[1] |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
| 1. 1 VIII 1919 | Sac. Adolfus Kruszewski[2] | Petit facultates: a) benedicendi coronas, rosaria, cruces, crucifixos, parvas statuas ac numismata eisque applicandi indulgentias Apostolicas, non exceptis iis, quae coronis S. Birgittae nuncupatis adnexae sunt; b) introducendi in ecclesia parochiali Jabłoń sodalitatem Rosarii Viventis et munus directoris exercendi[3]. | 25 VIII | 201 f. 40r P. 159 |
| 2. 3 VIII 1919 | Epus Augustinus Łosiński | Petit prorogationem facultatum Iudicii matrimonialis instruendi processum ad impetrandam Apostolicam dispensationem super matrimonio rato et non consummato, concessarum a Congregatione de Sacramentis ad quinquennium decreto 23 III 1914 lato[4]. | 8 VIII | 201 f. 16r Nr 18843 P. 160 |
| 3. 3 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento consanguinitatis, quo in secundo gradu primum tangente lineae collateralis ligantur Ioannes Sułek (viduus, annos natus 52) et Catharina Sułek (nubilis, annos nata 26), dioecesis Tarnoviensis. | 8 VIII | 201 f. 17r Nr 4234 P. 162 |

[1] Littera P. significat N.prot. Cancellariae Apostolicae Achillis Ratti.

[2] Sac. Adolfus Kruszewski, natus a. 1876, prebyteratus ordinem accepit a. 1899, ab a. 1919 fuit parochus paroeciae Jabłoń in decanatu Wysokie Mazowieckie, dioecesis Sejnensis.

[3] In margine adnotatio secretarii: "Concesso ad quinquennium da Sua Eccellenza Mons. A. Ratti, Nunzio Apostolico. Varsavia 25 VIII 1919".

[4] In margine adnotatio secretarii: "Concessa la proroga ad quinquennium da Mons. A. Ratti, arcivescovo tit. di Lepanto, Nunzio Apostolico. Varsavia 8 VIII 1919".

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 4. 3 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Ioannes Adamski (coelebs, annos natus 30) et Catharina Adamska (vidua, annos nata 30), dioec. Tarnoviensis. | 8 VIII | 201 f. 19r Nr 4380 P. 164 |
| 5. 4 VIII 1919 | Epus Boleslaus Twardowski[5] | Commendat petitionem praepositae generalis Congregationis Sororum Franciscalium Familiae Mariae Sophiae Kończa[6], factam 30 VII 1919, ut prorogetur terminus peragendi Capituli generalis et electionis praepositae generalis eiusque consilii, qui terminus excidit 28 VIII 1919, usque ad tempus cessationis actionum bellicarum in regione et post confectam communicationem cum domibus Congregationis in America Meridionali[7]. | 11 VIII | 199 f. 16r-17r Nr 3076 P. 175 |
| 6. 5 VIII 1919 | P. Blasius Justvan[8] | Petit pro se suoque confratre P. Raynerio Gościński[9] facultatem: 1) benedicendi numismata, scapularia, 2) adnectendi rosariis indulgentias Crucigerorum, 3) parvis crucibus indulgentias plenarias pro moribundis[10]. | | 201 f. 15r P. 142 |
| 7. 5 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur, Martinus Gurgul (viduus, annos natus 50) et Rosalia Góral (vidua, annos nata 49), dioecesis Tarnoviensis. | 8 VIII | 201 f. 18r Nr 4361 P. 163 |
| 8. 5 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Iosephus Świątek (coelebs, annos natus 20) et Agatha Świątek (vidua, annos nata 31), dioecesis Tarnoviensis. | 8 VIII | 201 f. 20r Nr 4395 P. 165 |

[5] Epus Boleslaus Twardowski, cfr. ANP LVII/3, notam 359, p. 122.

[6] Sophia Kończa, cfr. ANP LVII/1, notam 334, p. 169.

[7] In margine adnotatio secretarii: "Concessum ut petitur ab Excellentissimo D.no D.no A. Ratti, Nuntio Apostolico. Varsaviae, die 11 VIII 1919".

[8] P. Blasius Justvan OFM Conv., guardianus monasterii Varsaviensis.

[9] P. Rainerius Gościński OFM Conv., natus a. 1890, presbyteratum accepit a. 1918, a. 1925 fuit guardianus monasterii Posnaniensis.

[10] Nihil constat de concessione praefatarum facultatum.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 9.<br>5 VIII<br>1919 | Epus<br>Anatolius<br>Nowak[11] | Nomine rectoris ecclesiae in Spytkowice ad Jordanów petit prorogationem septennis indultus Apostolici 31 VIII 1912 lati, vi cuius omnes fideles eandem ecclesiam visitantes die festo Nominis Mariae vel uno ex septem diebus immediatate subsequentibus consequi possint indulgentiam plenariam sub consuetis condicionibus[12]. | 16 VIII | 201<br>f. 28r<br>P. 193 |
| 10.<br>6 VIII<br>1919 | Aepus<br>Iosephus<br>Bilczewski | Propter infirmum visum sac. Sigismundi Pawłowski[13] petit ei facultatem legendi unam e tribus Missis, quae in missali pro sacerdotibus caecutientibus inveniuntur. | 16 VIII | 201<br>f. 29r<br>Nr 2905<br>P. 196 |
| 11.<br>6 VIII<br>1919 | Epus<br>Adalbertus<br>Owczarek | Ad petitionem guardiani monasterii Franciscanorum Conventualium in Nieszawa expetit gratiam, ut fideles ecclesiam Inventionis Sanctae Crucis visitantes diebus festis: Inventionis Sanctae Crucis, s. Antonii de Padua, s. Francisci et Matris Dei de Monte Carmelo, qui ad sacramenta accedentes recitabunt orationes ad mentem Summi Pontificis, consequi possint indulgentiam plenariam eamque pro mortuis offerre. | 12 VIII | 201<br>f. 23r<br>P. 180 |
| 12.<br>6 VIII<br>1919 | P. Henricus<br>Pydynkowski SJ[14] | Paenitenti suo, septuagenario sacerdoti Andreae ritus Graeco-catholici, expetit reductionem officii Missae ad cautelam[15]. | 11 VIII | 190<br>f. 23r<br>P. 179<br>201<br>f. 24r<br>P. 180 |

[11] Epus Anatolius Nowak, cfr. ANP LVII/2, notam 514, p. 275.

[12] In margine adnotatio secretarii: "Concessa la proroga ad septennium da Mons. A. Ratti, arcivescovo tit. di Lepanto, Nunzio Apostolico. Varsavia, 16 VIII 1919".

[13] Sac. Sigismundus Pawłowski, parochus in civitate Kołomyja, "sacerdos senex annorum", obiit ante a. 1925.

[14] P. Henricus Pydynkowski SJ (1847-1936), sacerdotium accepit a. 1872 et post duos annos Societatem Jesu ingressus est. A. 1879-1881 fuit magister linguae Russicae Tarnopoli. A. 1885-1896 fuit missionarius secretus unitorum in Podlachia. Scriptor collaborabat cum Editionibus Apostolatus Orationis Cracoviae a. 1906-1909 fuitque director spiritualis s. Alberti Chmielowski. A. 1909-1924 operatus est in perficiendis exercitiis spiritualibus Leopoli.

[15] Litteris 11 VIII 1919 datis nuntius Ratti mandavit p. Pydynkowski permittere huic sacrdoti "de spirituali thesauro ecclesiae suppletum iri omne id, quod forte sibi desit, dummodo decem Missas celebret vel celebrandas curet". Permisit etiam, ut p. Pydynkowski minuat numerum Missarum, si id circumstantiae exigant.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 13.<br>7 VIII<br>1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in secundo gradu primum tangente ligantur Thomas Hachaj (viduus, annos natus 32) et Anna Lizak (nubilis, annos nata 19), dioecesis Tarnoviensis. | 12 VIII | 201<br>f. 21r<br>Nr 4424<br>P. 173 |
| 14.<br>7 VIII<br>1919 | Epus Adalbertus Owczarek | Petit dispensationem pro sac. Antonio Bogdański[16] ex dioecesi Vladislaviensi oriundo, qui relicta Congregatione Marianorum munere professoris in Seminario Maiore Vladislaviensi functurus est[17]. | 11 VIII | 199<br>f. 18r-19r<br>Nr 2142<br>(P. 177)<br>P. 178 |
| 15.<br>9 VIII<br>1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento consanguinitatis, quo in secundo gradu aequali lineae collateralis ligantur Stanislaus Gach (coelebs, annos natus 24) et Carolina Głąb (nubilis, anos nata 22), dioecesis Tarnoviensis. | 12 VIII | 201<br>f. 22r<br>P. 174 |
| 16.<br>9 VIII<br>1919 | Epus Anatolius Nowak | Nomine Irenae Makuch (annos natae 26), baptisatae in ritu Graeco-catholico, petit veniam transeundi ad ritum Latinum, in quo ab infantia educata est. | 16 VIII | 200<br>f. 121r<br>Nr 7645/19<br>P. 192 |
| 17.<br>10 VIII<br>1919 | Sac. Iosephus Gustaitis[18] | Petit facultatem applicandi indulgentias Sacrae Viae Crucis parvis crucibus, necnon benedicendi rosaria seu coronas a S. Birgitta nuncupatas eisque applicandi indulgentias Patrum Crucigerorum. | 23 VIII | 201<br>f. 36r<br>P. 256 |
| 18.<br>11 VIII<br>1919 | Epus Antonius Karaś | Petit dispensationem super impedimento affinitatis primi gradus in linea collaterali pro Petro Swiacki (coelibe, annos nato 27) et Monica Swiacka (vidua, annos nata 35), dioecesanis Sejnensibus. | 9 IX | 201<br>f. 59r-v<br>Nr 387<br>P. 351 |

[16] Sac. Antonius Bogdański (1891-1938), presbyter dioecesis Vladislaviensis, a. 1914-1919 fuit socius Congregationis Sacerdotum Marianorum, operatus est in coetu iuvenum exploratorum, fuit unus ex conditoribus et usque ad a. 1925 praefectus Societatis Charistarum dioecesis Vladislaviensis (societatis sacerdotalis), quae sibi proponebat vitam internam cleri dioecesani augere et ascesim dioecesanam cum cura animarum pastorali concordare.

[17] Agitur de dispensatione a nuntio A. Ratti ad epum Adalbertum Owczarek 11 VIII 1919 (N.prot. 178) datis concessa, cuius exemplar servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 199 f. 19r.

[18] Sac. Iosephus Gustaitis, parochus paroeciae Piekuty in dioecesi Sejnensi.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 19. 11 VIII 1919 | Epus Antonius Karaś | Petit dispensationem super impedimento affinitatis secundi gradus in linea collaterali pro Antonio Żukowski (viduo, annos nato 56) et Anna Sidariute (muliere, annos nata 46), dioecesanis Sejnensibus. | 9 IX | 201 f. 60r Nr 388 P. 352 |
| 20. 12 VIII 1919 | P. Anastasius Sigismundus Urban OFC Calceatorum[19] | Per intercessionem nuntii petit Summum Pontificem veniam transeundi ad clerum dieocesanum dioecesis Podlachiensis seu Ianoviensis[20]. | 18 IX | 199 f. 20r-24r Nr 1879 (P. 205) P. 206 |
| 21. 13 VIII 1919 | Epus Anatolius Nowak | Nomine Adami Poryszczyn (annos nati 36), baptisati in ritu Graeco-catholico, petit veniam transeundi ad ritum Latinum, quia mater eius erat ritus Latini ipseque inter Latinos inde a pueritia educatus in ritu Latino Sacramenta suscipiebat. | 20 VIII | 200 f. 122r P. 238 |
| 22. 12 VIII 1919 | Epus Adalbertus Owczarek | Petit facultatem asservandi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in oratoriis: 1) Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci prope Vladislaviam in loco Glinki, ubi ante bellum a Sanctissimo Domino data iam expiravit; 2) Sororum Tertii Ordinis S. Francisci ab Immaculato Corde BMV Vladislaviae, ubi educantur puellae in artibus femineis; 3) earundem, ut supra, Sororum in loco Glinki, ubi hoc anno est erecta schola pro instituendis puellis in re oeconomica, domestica ac horticultura. | 17 VIII | 201 f. 30r-v P. 197 |
| 23. 13 VIII 1919 | Sac. Iosephus Archutowski[21] | Propter nimiam distantiam (5 km) ab ecclesia paroeciali petit veniam celebrandi Missam in domo privata in pago Gzowo dioecesis Plocensis[22]. | 13 VIII | 201 f. 25r P. 188 |

[19] P. Anastasius Sigismundus Urban (1887-1924), ordinem Carmelitarum Calceatorum ingressus est a. 1906 Leopoli, sacerdotium suscepit a. 1912, a. 1919 fuit vicarius paroeciae Kossów in dioecesi Podlachiensi, et postquam ad clerum dioecesanum transiit factus est parochus paroeciae Mostów.

[20] Petitionem p. Urbani commendavit vicarius generalis dioecesis Podlachiensis sac. Carolus Dębiński litteris 14 VIII 1919 (Nr 1879 datis, in quibus secretarius Nuntiaturae collocavit adnotationem: "Mons. Przeździecki, vescovo di Podlachia, aggiunse spiegazioni nel suo colloquio con Mons. Nunzio del giorno 18 VIII 1919". Permissum ad transitum ad statum dioecesanum nuntius concessit in litteris ad ordinarium dioecesis Podlachiensis, epum Henricum Przeździecki, 18 VIII 1919 (N. prot. 206) datis.

[21] Sac. Iosephus Archutowski (1879-1944), presbyter archidioecesis Varsaviensis, Sacrae Scripturae peritus, commentariorum scriptor. Studiis in Seminario Varsaviensi et Academia Ecclesiastica Petropolitana persolutis presbyteratus ordinem suscepit a. 1904. A. 1918-1920 functus est munere professoris Sacrae Scripturae Veteris Testamenti et historiae religionis in Catholica Studiorum

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 24. 13 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Per intercessionem nuntii petit prorogationem rescripti Congregationis Rituum 6 III 1916 lati, pertinentis facultatem subdelegandi sacerdotes dioecesanos ad benedictionem nolarum in usum sacrum[23]. | 19 VIII | 197 f. 36r Nr 4590 (P. 212) |
| 25. 16 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Ioannes Szeliga (viduus, annos natus 35) et Helena Eleonora Majeran (nubilis), dioecesis Tarnoviensis. | 19 VIII | 201 f. 31r Nr 4577 P. 211 |
| 26. 16 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur, Ioannes Dziedzic (viduus, annos natus 50) et Marcellina Bieszczad (vidua, annos nata 39), dioecesis Tarnoviensis. | 20 VIII | 201 f. 32r Nr 4616 P. 213 |
| 27. 16 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento consanguinitatis, quo in secundo gradu lineae collateralis ligantur, Stanislaus Sikora (coelebs, annos natus 25) et Iosepha Sikora (nubilis, annos nata 23), dioecesis Tarnoviensis. | 19 VIII | 201 f. 33r Nr 4646 P. 214 |
| 28. 16 VIII 1919 | Epus Marianus Ryx | Petit nuntium, ut cum dioecesi Sandomiriensi super can. 931 Auctoritate Apostolica pro sua benignitate dispensare dignetur et tempus peragendae confessionis ad quascumque ordinarias indulgentias lucrandas ad integrum mensem prolongare[24]. | | 190 f. 56r-57r Nr 2181 (P. 429) |

Universitate Lublinensi. Ab a. 1920 docebat Vetus Testamentum in Universitate Jagellonica, ubi a. 1923 nominatus est professor ordinarius et pluries officio decani Facultatis Theologicae functus est. A. 1939-1940 in carcere Sachsenhausen custodia detinebatur. Ab a. 1943 fuit parochus paroeciae Visitationis BMV Varsaviae. 31 VIII 1944 in Insurrectione Varsaviensi vitam amisit.

[22] In margine adnotatio secretarii: "Gratia concessa est ad quinquennium, de licentia Ordinarii, exceptis dominicis et festis, ab Excellentissimo D.no D.no A. Ratti, aepo Naupactensi, Nuntio Apostolico. Varsaviae, 13 VIII 1919".

[23] In margine adnotatio secretarii: "Concessa la proroga ad quinquennium da Mons. A. Ratti, arcivescovo tit. di Lepanto, Nunzio Apostolico. Varsavia, 19 VIII 1919".

[24] De concessione indulgantiae nihil constat.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 29. ante 18 VIII 1919 | P. Stanislaus Adamski SJ[25] | Petit facultatem absolvendi sacerdotis, qui complicem peccati una commissi absolverat. | 18 VIII | 190 f. 27r P. 215 |
| 30. ante 18 VIII 1919 | Sac. Vladislaus Sarna[26] | Petit facultatem absolvendi sacerdotis, qui complicem peccati una commissi absolverat. | 18 VIII | 190 f. 28r P. 216 |
| 31. 18 VIII 1919 | Epus Antonius Karaś | Petit dispensationem super impedimento affinitatis in primo lineae collateralis gradu pro Iosepho Vingelis (viduo, annos nato 48) et Ursula Kainauskiene (vidua, annos nata 31), dioecesanis Sejnensibus. | 9 IX | 201 f. 56r-v Nr 400 (P. 347) |
| 32. 18 VIII 1919 | Epus Antonius Karaś | Petit dispensationem super impedimento affinitatis in primo lineae collateralis gradu pro Ioanne Kaminskas (coelibe, annos nato 33) et Marianna Kaminskiene (vidua, annos nata 32), dioecesanis Sejnensibus. | 9 IX | 201 f. 55r-v Nr 401 (P. 348) |
| 33. 20 VIII 1919 | P. Anicetus OFM Cap.[27] | Petit facultatem imponendi fidelibus scapulare Sacratissimi Cordis Jesu una cum convenientibus indulgentiis[28]. | 22 VIII | 201 f. 34r-35r (P. 254) |

[25] P. Stanislaus Iosephus Adamski SJ (1851-1926). Societatem Jesu ingressus est a. 1866, sacerdos ordinatus est a. 1881. Fuit magister linguae Germanicae Dariorigi (Vannes, Bretania) a. 1873-1880, linguae Gallicae Caroloburgi a. 1882-1883 et Chyroviae a. 1893-1894. Maiorem vitae partem dedicavit pronuntiandis concionibus Cracoviae, Leopoli, in Czerniowce, Zakopane, Novae Sandeciae et in Czechowice.

[26] Sac. Vladislaus Iosephus Sarna (1858-1929), presbyter dioecesis Premisliensis, presbyteratum accepit a. 1883, historicus Ecclesiae, rei socialis promotor, et commentariorum publicator. A. 1909 adeptus est dignitatem canonici Capituli Cathedralis Premisliensis, et a. 1914 ornatus est dignitate cubicularii pontificii. Praeter actionem pastoralem interfuit etiam laboribus Curiae Dioecesanae Premisliensi et fuit socius Societatis Premisliensis Amicorum Scientiarum.

[27] Beatus Antonius Adalbertus (Koplin) Kopliński (1875-1941). Ordinem Capucinorum provinciae Rhenano-Vestfaliensis, in quo nomen assumpsit Aniceti, ingressus est a. 1893 in Sigolsheim in Alsatia, ubi a. 1894 prima vota religiosa praestitit. Studiis philosophicis et theologicis incubuit Cliviae, Monasterii et Crefeldiae, ubi a. 1900 presbyteratus ordinem accepit. A. 1901-1913 laborabat in monasteriis: Dieburg, Werne, Klemenswerth, Oberhausen, Sterkrade et Crefeldiae, deinde in Renania inter exsules Polonos, qui quaerendi laboris causa illuc venerunt, et ab a. 1916 fuit capellanus detentorum et captivorum bellicorum. A. 1918 venit Varsaviam, ubi a. 1930 cognomen Koplin in Kopliński mutasse et civitatem Polonicam accepisse videtur. Functus est munere confessarii charismatici praeter alios card. Alexandri Kakowski, nuntiorum apostolicorum, episcoporum et plurium sacerdotum. Magno favore gavisus est inter pauperes, curam habens praecipuam infirmorum et pauperum, tam religiosam quam materialem. Numerabatur inter singulares figuras Varsaviae antebellicae, vocabatur "pater pauerum" et "largitionum distributor"; fuit etiam argumentum variarum fabellarum et narratiuncularum. Mense Iunio a. 1941 deprehensus est 16 X 1941 et martyr in Oświęcim vitam amisit. Die 13 VI 1999 a summo pontifice Ioanne Paulo II Varsaviae una cum 108 martyribus Polonis in catalogum beatorum relatus est.

[28] In margine adnotatio secretarii: "Concessa al P. Aniceto, cappucino, la facoltà di imporre lo Scapolare del SS. Cuore di Gesù - ad quinquennium. Varsavia, 22 VIII 1919".

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 34. 20 VIII 1919 | Epus Henricus Przeździecki | Propter peiorem visus defectum sac. Michaelis Dąbrowski[29] exspetit veniam, ut ei permittatur celebratio Missae de Beata Maria Virgine et de Requie, pro Missis a Directorio Dioecesano assignatis. | 24 VIII | 201 f. 37r-38r Nr 1444 (P. 257) |
| 35. 21 VIII 1919 | Sac. Ioannes Bernacki[30] | Petit dispensationem super impedimento consanguinitatis, quo in secundo gradu aequali lineae collateralis ligantur, Iacobus Mulha (coelebs, annos natus 29) et Maria Bałut (vidua, annos nata 39), dioecesis Tarnoviensis. | 26 VIII | 201 f. 42r Nr 4771 (P. 262) |
| 36. 21 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Casimirus Carolus Mika (viduus, annos natus 31) et Maria Iulia Smagowicz (nubilis, annos nata 20), dioecesis Tarnoviensis. | 26 VIII | 201 f. 43r Nr 4794 (P. 263) |
| 37. 22 VIII 1919 | Epus Adamus Stephanus Sapieha | Ad petitionem parochi paroeciae cathedralis, sac. Ceslai Wądolny[31], petit per nuntium apostolicum facultatem celebrandi Missam in oratorio Bronowicensi ad Cracoviam parocho illius paroeciae atque sacerdotibus ab eo assignatis concedendam, necnon ad celebrandas alias Missas a presbyteris parochum visitantibus, et ut fideles eiusmodi Missis participantes eo ipso officium exaudiendi Missas diebus Dominicis et festis expleant[32]. | 27 VIII | 201 f. 44r-v P. 270 |

[29] Sac. Michael Dąbrowski (1850-1926), presbyter dioecesis Podlachiensis, sacerdotium accepit a. 1875, fuit parochus paroeciae Stoczek Łukowski in decanatu Żelechoviensi.

[30] Sac. Ioannes Bernacki (1856-1920), presbyter dioecesis Tarnoviensis, presbyteratus ordinem suscepit a. 1880. A. 1883-1900 functus est munere professoris Sacrae Scripturae Novi Testamenti in Seminario Dioecesano Tarnoviensi. A. 1907 adeptus est dignitatem cubicularii pontificii et a. 1916 nominatus est infulatus Capituli Cathedralis Tarnoviensis. Ab a. 1917 fuit officialis Tribunalis Dioecesani.

[31] Sac. Ceslaus Wądolny (1859-1925), praelatus domesticus Suae Sanctitatis, theologiae moralis et iuris canonici peritus. Presbyteratus ordine a. 1881 suscepto studiis theologicis in Facultate Theologica Universitatis Jagellonicae operam dabat, ibique a. 1883 gradum doctoratus theologiae adeptus est. Ab a. 1918 fuit archipresbyter ecclesiae Beatae Mariae Virginis et decanus Cracoviensis.

[32] In margine adnotatio secretarii: "Concesse le facoltà ad quinquennium da Mons. A. Ratti, Nunzio Apostolico. Varsaviae, 27 VIII 1919".

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 38. 23 VIII 1919 | Epus Antonius Iulianus Nowowiejski | Petit veniam Constantiae Sadowska et Barbarae Mikucka transeundi ex abscondita Congregatione Operariae Cordis Mariae nominata ad Congregationem strictioris regulae - Sororum S. Felicis de Cantalice in oppido Przasnysz[33]. | 4 IX | 199 f. 39r Nr 1362 (P. 320) |
| 39. 24 VIII 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit confirmationem ad munus quater eligendae abbatissae Sophiae Seraphinae Hańska in abbatia Ordinis S. Clarae Veterosandecensis die 20 VIII 1919, propter penuriam personarum ad id munus idonearum[34]. | 22 IX | 199 f. 47r Nr 5105 (P. 422) |
| 40. 25 VIII 1919 | Sac. Ioannes Bernacki | Petit dispensationem super impedimento consanguinitatis, quo in secundo gradu aequali lineae collateralis ligantur Adalbertus Chrzan (coelebs, annos natus 31) et Rosalia Potępa (vidua, annos nata 35), dioecesis Tarnoviensis. | 26 VIII | 201 f. 42r Nr 4771 (P. 262) |
| 41. 27 VIII 1919 | Epus Anatolius Nowak | Nomine rectoris ecclesiae ad Congregationem Servularum Sacratissimi Cordis Jesu pertinentis petit per nuntium prorogationem Indultus 28 VII 1900 lati, vi cuius fideles eandem ecclesiam visitantes diebus festis: Sacratissimi Cordis Jesu, Beatae Mariae Virginis a Perpetuo Succursu et S. Francisci Assisiensis possint consequi indulgentiam plenariam sub consuetis condicionibus[35]. | 3 IX | 201 f. 46r (P. 317) |
| 42. 27 VIII 1919 | Epus Anatolius Nowak | Nomine rectoris ecclesiae ad Congregationem Servularum Sacratissimi Cordis Jesu pertinentis petit per nuntium prorogationem Indultus 7 VII 1910 lati, vi cuius Altare princeps SS. Cordi Jesu in praefata ecclesia dicatum privilegiatum quotidianum pro defunctis declaratum est[36]. | 4 IX | 201 f. 47r (P. 318) |

[33] In margine adnotatio secretarii: "Licentia transeundi ad vitam strictiorem conceditur. Varsaviae, 4 IX 1919".

[34] In margine adnotatio manu Achillis Ratti: "Confirmata electio. Varsaviae 22 IX 1919".

[35] In margine adnotatio secretarii: "Gratia iuxta petita concessa ad quinquennium. Varsaviae, 3 IX 1919".

[36] In margine adnotatio secretarii: "Privilegium "altaris privilegiati" conceditur ad septennium a data praesentium computandum. Varsaviae, 4 IX 1919".

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 43. ante 28 VIII 1919 | Sac. Vincentius Aleksandrowicz[37] | Petit facultatem imponendi indulgentias: PP. Crucigerorum et Sedis Apostolicae rosariis et statuis; indulgentiam S. Birgittae; indulgentiam toties quoties imponendam benedictis crucibus hora mortis osculandis. | 28 VIII | 201 f. 45r P. 286 |
| 44. 29 VIII 1919 | Sac. Ioannes Bernacki | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Ioannes Niemiec (coelebs, annos natus 25) et Anna Bugajska (vidua, annos nata 23), dioecesis Tarnoviensis. | 4 IX | 201 f. 49r Nr 4956 (P. 321) |
| 45. 29 VIII 1919 | Sac. Ioannes Bernacki | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Victor Klemens (viduus, annos natus 57) et Maria Legutko (nubilis, annos nata 41), dioecesis Tarnoviensis. | 4 IX | 201 f. 51r Nr 4928 (P. 323) |
| 46. 29 VIII 1919 | Sac. Ioannes Bernacki | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae obliquae ligantur Petrus Szczurek (coelebs, annos natus 29) et Agnes Szczurek (vidua, annos nata 33), dioecesis Tarnoviensis. | 4 IX | 201 f. 52r Nr 4927 (P. 324) |
| 47. 1 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento consanguinitatis, quo in secundo gradu aequali lineae collateralis ligantur Antonius Działowski (coelebs, annos natus 26) et Albina Jarosz (nubilis, annos nata 22), dioecesis Tarnoviensis. | 5 IX | 201 f. 53r Nr 5027 (P. 327) |
| 48. ante 2 IX 1919 | P. Iosephus Schinke SJ[38] | Petit facultatem absolvendi sacerdotis, qui complicem peccati una secum commissi absolverat[39]. | 2 IX | 190 f. 40r P. 304 |
| 49. 2 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae obliquae ligantur Paulus Matug (coelebs, annos natus 45) et Iosepha Smoługa (vidua, annos nata 31), dioecesis Tarnoviensis. | 5 IX | 201 f. 54r Nr 5058 (P. 328) |

[37] Sac. Vincentius Aleksandrowicz, presbyter dioecesis Sejnensis.

[38] P. Alfonsus Iosephus Schinke SJ (1883-1952), Societatem Jesu a. 1904 ingressus est, presbyteratus ordinem accepit a. 1912, a. 1917-1923 fuit concionator Germanicus Leopoli.

[39] Adnotatio de concessis opportunis facultatibus manu Achillis Ratti exarata.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 50. 2 IX 1919 | Epus Antonius Karaś | Petit dispensationem super impedimento affinitatis in secundo lineae collateralis gradu pro Casimiro Grigonis (viduo, annos nato 50) et Elisabeth Mozuriuke (virgine, annos nata 40), dioecesanis Sejnensibus. | 9 IX | 201 f. 57r-v Nr 438 (P. 349) |
| 51. 2 IX 1919 | Epus Antonius Karaś | Petit dispensationem super impedimento affinitatis in primo lineae collateralis gradu pro Paulo Stravinskas (iuvene, annos nato 30) et Anna Stravinskiene (vidua, annos nata 30), dioecesanis Sejnensibus. | 9 IX | 201 f. 58r-v Nr 437 (P. 350) |
| 52. 2 IX 1919 | Sac. Robertus Weimann | Petit dispensationem super impedimento consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu tangente primum pro Ludovico Tomczak (viduo, annos nato 38) et Stanislava Marcinowska (virgine, annos nata 26), archidioecesis Posnaniensis. | 16 IX | 201 f. 69r-v Nr 6796 (P. 392) |
| 53. 2 IX 1919 | Sac. Robertus Weimann | Petit dispensationem a praestito voto castitatis pro Sophia Krawiec (annos nata 20), quae, cum non potuerit ordinem religiosum ingredi, connubium inire constituit. | 17 IX | 201 f. 72r Nr 6799 (P. 408) |
| 54. 2 IX 1919 | Epus Adamus Stephanus Sapieha | Nomine praepositae Ordinis Cracoviensis a Visitatione BMV petit veniam, ut soror Helena Mrowińska ex eodem monasterio Cracoviensi ad monasterium Jaslense transferri possit, ubi ad conducendam scholam et collegium puellarum necessaria est. | 22 IX | 199 f. 48r Nr 8200 (P. 423) |
| 55. 3 IX 1919 | Epus Adamus Stephanus Sapieha | Nomine rectoris oratorii publici in pago Sosnowice, dioecesis Cracoviensis, petit per intercesionem nuntii prorogationem indultus 3 IV 1911 lati, "vi cuius omnes Christifideles praedictam Capellam visitantes die festo Nominis BMV vel uno ex septem diebus immediate subsequentibus Indulgentiam Plenariam sub consuetis conditionibus lucrari possint"[40]. | 12 IX | 201 f. 67r (P. 370) |

[40] In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta: "Indultum renovatur ad quinquennium. Varsaviae, 12 IX 1919".

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 56. 3 IX 1919 | Epus Marianus Iosephus Ryx | Petit permissum ad reducendam quantitatem Missarum cantatarum - 1328 (3362,70 rubellorum argenteorum et 3714,27 coronarum) et Missarum lectarum - 4758 (8678,51 rubellorum argenteorum et 7347,50 coronarum), quas sacerdotes propter deminutum valorem pecuniae celeberare non possunt, et eas ad Curiam Dioecesanam remittunt[41]. | | 199 f. 55r-v Nr 2180 (P. 428); 190 f. 58r Nr 2182 (P. 430) |
| 57. 4 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimentis: 1) affinitatis in primo gradu lineae obliquae aequalis ex eo proveniente; 2) duplicis consanguinitatis ex uno stipite in tertio gradu aequali, ex altero vero in tertio gradu cum secundo mixto lineae collateralis proveniente pro Francisco Ziaja (coelibe, annos nato 29) et Carolina Ziaja (vidua, annos nata 39), dioecesis Tarnoviensis. | 10 IX | 201 f. 62r Nr 5099 (P. 358) |
| 58. 5 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in secundo gradu cum primo mixto lineae collateralis ligantur Iacobus Sieczka (viduus, annos natus 52) et Anna Bielecka (nubilis, annos nata 26), dioecesis Tarnoviensis. | 12 IX | 201 f. 63r Nr 5050 (P. 366) |
| 59. 6 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Franciscus Brydniak (viduus, annos natus 26) et Rosalia Brzegowy (nubilis, annos nata 22), dioecesis Tarnoviensis. | 10 IX | 201 f. 61r Nr 5139 (P. 357) |
| 60. 6 IX 1919 | P. Henricus Haduch SJ | Petit veniam vendendi domus privatae Opaviae exstantis, proviciae Polonae SJ propriae. | 6 IX | 199 f. 40r (P. 332) |

[41] Nihil constat de concessa permissione.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 61. 8 IX 1919 | Sac. Adamus Żółkiewski[42] | Petit facultatem benedicendi ac imponendi coronis rosariorum indulgentias patrum Crucifigerorum, imponendi crucibus indulgentias plenarias pro articulo mortis, imponendi crucibus indulgentias viae crucis, celebrandi in aedibus privatis tempore vacationum Sacratissimum Missae Sacrificium[43]. | 12 IX | 201 f. 68r (P. 374, 375) |
| 62. 9 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in secundo gradu cum primo mixto lineae collateralis ligantur Nicolaus Bugiera (Graeco-catholicus, viduus, annos natus 50) et Maria Pawłowska (nubilis, annos nata 21), dioecesana Tarnoviensis. | 12 IX | 201 f. 64r Nr 5229 (P. 367) |
| 63. 9 IX 1919 | Epus Marianus Iosephus Ryx | Petit dispensationem a litteris testimonialibus ordinariorum archidioecesis Mohiloviensis et dioecesis Tiraspoliensis pro alumnis: Petro Chachulski et Romano Kapczyński, qui in servitio militari a m. Iulio 1915 ad Maium 1918 commorabantur in earundem dioecesium territoriis. | 29 IX | 201 f. 84r-v Nr 2232 (P. 502) |
| 64. 10 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Adamus Kurzydło (viduus, annos natus 32) et Rosalia Raczek (nubilis, annos nata 22), dioecesis Tarnoviensis. | 12 IX | 201 f. 65r Nr 5230 (P. 368) |
| 65. 10 IX 1919 | Sac. Iosephus Kowaliński[44] | Petit facultatem: 1) benedicendi ac imponendi coronis rosariorum indulgentias necnon inscribendi christifideles in piam Archiconfraternitatem SS. Rosarii Sedis Apostolicae, Patrum Crucifigerorum, S. Birgittae atque Patrum Dominicanorum; 2) imponendi crucibus indulgentias plenarias in articulo mortis et etiam indulgentiam "Toties quoties"; 3) imponendi crucibus indulgentias viae crucis; 4) imponendi super numismata indulgentias apostolicas[45]. | 12 IX | 201 f. 66r (P. 369) |

[42] Sac. Adamus Żółkiewski (1872-1936), presbyter dioecesis Luceoriensis-Zytomeriensis, presbyteratus ordinem suscepit a. 1898, pater spiritualis Seminarii Dioecesani, canonicus ad honorem Capituli Ecclesiae Collegiatae Olycensis.

[43] In margine adnotatio secretarii: Conceduntur petitae facultates ad quinquennium. Varsaviae, 12 IX 1919.

[44] Sac. Iosephus Kowaliński, natus a. 1892, sacerdotium suscepit a. 1915, professor in Seminario Maiore Varsaviensi.

[45] In margine adnotatio secretarii: Facultas conceditur ad quinquennium. Varsaviae, 12 IX 1919.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 66. 10 IX 1919 | Epus Adamus Stephanus Sapieha | Nomine Ioannis Kostiuk Graeco-catholici petit veniam tarnseundi ad ritum Latinum, quia uxor eius et filii ad ritum Latinum pertinent ipseque inter Latinos fere solus habitat, et iam coram magistratu civili suum transitum ad ritum Latinum professus est. | 19 IX | 200 f. 130r (P. 407) |
| 67. 16 IX 1919 | Sac. Ioannes Bernacki | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Ioannes Pawlik (coelebs, annos natus 26) et Sophia Kurzeja (vidua, annos nata 27), dioecesis Tarnoviensis. | 19 IX | 201 f. 71r Nr 5355 (P. 406) |
| 68. 16 IX 1919 | Epus Adamus Stephanus Sapieha | Nomine Ioannis Kondracki Graeco-catholici petit veniam transeundi ad ritum Latinum, quia mater eius totaque familia ad ritum Latinum pertinet ipseque in ritu Latino educatus est. | 21 IX | 200 f. 131r (P. 417) |
| 69. 17 IX 1919 | Epus Adamus Stephanus Sapieha | Nomine Vladimiri Mamczyn Graecocatholici petit veniam transeundi ad ritum Latinum, quia mater eius erat ritus Latini ipseque parentibus orbatus inde a pueritia in ritu Latino educatus est. | 26 IX | 200 f. 132r (P. 461) |
| 70. 18 IX 1919 | Sac. Ioannes Bernacki | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Laurentius Bajor (viduus, annos natus 46) et Eva Łagoda (vidua, annos nata 46), dioecesis Tarnoviensis. | 22 IX | 201 f. 77r Nr 5444 (P. 436) |
| 71. 18 IX 1919 | Epus Adamus Stephanus Sapieha | Nomine parochi paroeciae Oświęcim petit prorogationem indultus 25 IV 1913 lati, vi cuius indulgentia plenaria ab omnibus Christifidelibus diebus festis BMV de Monte Carmelo necnon Assumptionis BMV et uno ex septem diebus immediate sequentibus sub consuetis condicionibus lucrari possit[46]. | 22 IX | 201 f. 78r (P. 437) |

[46] In margine adnotatio manu Achillis Ratti scripta: Concessa prorogatio ad quinquennium 22 IX 1919. A.R.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 72.<br>18 IX<br>1919 | Epus<br>Adamus<br>Stephanus<br>Sapieha | Nomine rectoris oratorii publici sororum Congregationis Filiarum BMV a Septem Doloribus in Oświęcim petit prorogationem indultus 18 V 1912 lati, vi cuius Altare princeps praefati oratorii privilegiatum quotidianum pro defunctis benigne declaratum est[47]. | 22 IX | 201<br>f. 79r<br>(P. 438) |
| 73.<br>ante<br>19 IX<br>1919 | Epus<br>Stanislaus<br>Zdzitowiecki | Petit prorogationem indultus Congregationis Consistorialis a. 1911 lati, ad reductionem "Missarum legati" pertinentis et eius extensionem in quibusdam casibus ad "Missas manuales"[48]. | 19 IX | 201<br>f. 70r<br>P. 404 |
| 74.<br>19 IX<br>1919 | P. Henricus<br>Haduch SJ | Nomine Alexandrae Russanowska Klodnicensis (in dieocesi Lublinensi), quae in domo sua comparavit sacellum semipublicum, in quo interdum celebratur Missa et impertiuntur Sacramenta, petit facultatem conservandi in eodem sacello Sanctissimi Sacramenti, quoties et quamdiu sacerdos praesens celebrat[49]. | | 201<br>f. 73r<br>(P. 418) |
| 75.<br>19 IX<br>1919 | P. Henricus<br>Haduch SJ | Nomine Catharinae Bobrowska, in loco Długie (in dioecesi Premisliensi) habitantis, petit, ut in oratorio ab ea aedificato propter nimiam distantiam ab ecclesia parochiali conservari possit Sanctissimum Sacramentum, quamdiu et quoties apud eam sacerdos adest et celebrat[50]. | 21 IX | 201<br>f. 74r<br>(P. 419) |
| 76.<br>19 IX<br>1919 | Sac. Ioannes<br>Bernacki | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in secundo gradu primum tangente lineae collateralis ligantur Iosephus Kumor (viduus, annos natus 46) et Cunegundis Zaryczna (vidua, annos nata 44), dioecesis Tarnoviensis. | 22 IX | 201<br>f. 76r<br>Nr 5495<br>(P. 435) |

[47] In margine adnotatio manu Achillis Ratti: Concessa prorogatio ad quinquennium 22 IX 1919. A.R.

[48] Prorogationem eiusmodi indultus nuntius confirmavit et extendit decretum Congregationis Consistorialis ad decennium.

[49] De concessa facultate nihil constat.

[50] In margine adnotatio manu Achillis Ratti: Concessum ad quinquennium 21 IX 1919. A.R.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 77.<br>20 IX<br>1919 | Epus<br>Adalbertus<br>Owczarek | Nomine fidelium recens erectae paroeciae Zawady petit, ut omnes, qui diebus BMV Claromontanae, quae est ecclesiae titulus, ac SS. Petri et Pauli patronorum ecclesiae, post confectam confessionem et s. Communionem eam ecclesiam visitabunt et praescriptas orationes recitabunt, consequi possint indulgentiam plenariam eamque pro animabus mortuorum offerre. | 23 IX | 201<br>f. 80r<br>(P. 441) |
| 78.<br>20 IX<br>1919 | S. Ioanna<br>Bałkiewicz[51] | Petit gratiam, ut soror Michaela Moraczewska et soror Ioanna Zawadzka praestare possint vota perpetua una cum aliis sororibus die 30 Octobris, quamquam earum vota temporalia respective finiuntur post 6 et 2 menses. | 22 IX | 199<br>f. 50r-v<br>(P. 434) |
| 79.<br>22 IX<br>1919 | P. Aloysius<br>Karwacki<br>OFM<br>Conv.[52] | Petit concedi sibi facultatem benedicendi cruces, rosaria eisque applicandi indulgentias, quae dicuntur Apostolicae, in articulo mortis et Crucigerorum, sequentibus Franciscanis, qui per totum annum missiones populares peragunt: Ferdinando Świerczyński et Thomae Wilusz in Łagiewniki, Romualdo Wojtal et Augustino Hamielec in Radomsko, Mauritio Madzurek et Remigio Huppenthal Calissiae, Sebastiano Radwański et Thaddaeo Wołczański in Nieszawa, Bernardo Kalisz et Floriano Koziuro Grodnensi[53]. | 25 IX | 201<br>f. 81r<br>(P. 454) |
| 80.<br>22 IX<br>1919 | Epus<br>Marianus<br>Iosephus<br>Ryx | Petit veniam cumulandi 81 stipendia Missarum, quae per errorem in permissione 15 III 1919 data omissae sunt[54]. | 12 X | 201<br>f. 110r-v<br>Nr 2357<br>(P. 605) |

[51] S. Ioanna Bałkiewicz, vicaria generalis Congregationis Sororum Beatae Mariae Virginis a Misericordia.

[52] P. Aloisius Leopoldus Karwacki OFM Conv. (1866-1924), Ordinis Fratrum Minorum Conv. historicus. A. 1883 Leopoli in monasterium ingressus est, ubi a. 1885 professionem religiosam emisit; a. 1889 presbyteratum suscepit. Multoties superior Conventuum Polonicorum evasit; ab a. 1918 superior provincialis Franciscanorum Conventualium provinciae Polonicae fuit.

[53] In margine adnotatio manu Achillis Ratti: Facultas conceditur ad quinquennium. Varsaviae, 25 IX 1919. AR.

[54] In margine adnotatio manu Achillis Ratti exarata: Ut in precibus, sed ita ut saltem tres Missae celebrentur. Varsaviae 12 X 1919.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|---|---|
| 81. 23 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Petrus Sekuła (coelebs, annos natus 22) et Stanislava Sekuła (vidua), dioecesis Tarnoviensis. | 26 IX | 201 f. 82r Nr 5540 (P. 462) |
| 82. 23 IX 1919 | Epus Leo Wałęga | Petit dispensationem super impedimento affinitatis, quo in primo gradu aequali lineae collateralis ligantur Iacobus Pytka (coelebs, annos natus 30) et Victoria Pytka (vidua, annos nata 33), dioecesis Tarnoviensis. | 26 IX | 201 f. 83r Nr 5549 (P. 463) |
| 83. 25 IX 1919 | Epus Ignatius Dubowski | Petit facultatem providendi omnibus dignitatibus, quae hic Praelaturae dicuntur, vacantibus et vacaturis in Capitulis Cathedralibus Luceoriensi et Zytomeriensi, nec non in Capitulo Insignis Collegiatae Olycensis[55]. | 27 IX | 197 f. 61r (P. 476) |
| 84. 25 IX 1919 | Epus Ignatius Dubowski | Petit facultatem, ut non obstante lege de prohibita beneficiorum cumulatione, dignitates et canonicos Capitulorum Cathedralium Luceoriensis et Żytomeriensis, nec non antiquissimae Insignis Collegiatae Olycensis, parochos ecclesiarum parochialium nominare valeat[56]. | 27 IX | 197 f. 62r-v (P. 477) |
| 85. 25 IX 1919 | Epus Ignatius Dubowski | Petit veniam, ut iudicio matrimoniali primae instantiae usque ad reditum in dioecesim epi auxiliaris Michaelis Godlewski, viceofficialis praeesse possit[57]. | | 197 f. 63r (P. 478) |
| 86. 25 IX 1919 | Epus Ignatius Dubowski | Petit dispensationem membris Capituli Cathedralis Luceoriensis et Zytomeriensis ac Capituli Ecclesiae Collegiatae Olycensis super lege residentiae et obligatione recitandi Divinum Officium in choro[58]. | 27 IX | 197 f. 64r (P. 479) |

[55] In margine adnotatio manu Achillis Ratti: Datur facultas usque ad finem belli. Varsaviae, 27 IX 1919.

[56] In margine adnotatio manu Achillis Ratti: Facultas conceditur ad quinquennium. Varsaviae, 27 IX 1919.

[57] De concessa venia nihil constat.

